

/ Nobilis, ac praestantissime Domine. Non tanti valet beneficium, quod in filium Dominationis vestrae contuli, quanti video aestimari à benignitate vestra; nisi forte voluntatis meae propensionem, non beneficii magnitudinem Dominatio vestra expendere voluerit.

5 Veniat igitur filius vester post calores aestivos, et paternam sollicitudinem in me sine dubio inveniet; ac, si licet verba sacrae Scripturae in eiusmodi usurpare: ego ero illi~~x~~ in patrem, et ipse erit mihi in filium. Duo tantum sunt, quae illi metuum: aeris Romani gravitatem, et ciborum mutationem. Sed haec etiam non difficul-
10 ter superari possunt, si bona consilia audire voluerit. Accipio libentissime oblationem officii erga Societatem Iesu, parentem meam in Christo, protegendam auctoritate publica, et privata benevolentia complectendam. Nihil mihi gratius hac re praestari potest. Valeat Nobilitas Vestra, neque sibi addictissimum esse nihil dubi-
15 tet. Romae die 6 Maii 1612.

Nobiliss^{mae} Dom.V.

x filius Florent
Hew.

Studiosissimus

Robertus Card. Bellarminus.

Nobili Dño, Dño de Cerclaes.

20 Arch.Vatic. Mss.Gesuit.18 fol.17^v. Brouillon autogr. ?
Epist.famil. XCII.